quibus iis recedit, sibi et suis Successoribus, ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

Woiakowski Praeposito et Ecclae Prochnicen. inscribit in Vim Reemptionis alias na Wyderkaff.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Praemysliens. Gnosus Joannes in Rzeplin Woiakowski Vexillifer Nowogrodens. in Pelnatycze et Wola Rozw[illegible]niczka haeres, olim Gnosi Caspari Woiakowski Judicis Terrae Praemysliens. filius. 1094

Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentis vero Castrens. Capitaneali Praemysliens. Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Summam Census Annui videlicet Centum Sexaginta florenor. polonicor. monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis Triginta polonicis computando et hoc pro Summa Duorum Millium florenor. polonicor. originaliter per Gnosum Joannem Stawski de Staw, olim Gnosi Georgij Stawski filium, Pocillatorem Leopoliens. [illegible] et Vice Capitaneum Castrens. Premysliens. olim Admodum Rndo Joanni Lipski Plebano Prochnicen. et eius Succedaneis, atque Procuratori Capellae Confraternitatis Sanctae Annae, in Bonis suis haereditarijs Villae Wolczyszczowice in Terra Praemysliens. consistens. in Vim Reemptionis alias na Wyderkaff inscripta parte autem Agnatem pro onere et Summa nempe Centum Aureis Vngaricalibus et Centum Talleris Imperialibus, Summam Mille Noningentorum florenor. polonicor. monetae nunc currenti

1142 efficientibus, per mratum olim Generosum Iudicem Premy sliensem Pa-
rentem suum a praefato Generoso Pocillatore Leopoliensi in Vim Depositi
acceptos et non restitutos. Dewoto vero Castrensi Premysliensi
solui innuentibus, Centum vero florenos polonos a te Agente supstitum
Generosum Pocillatorem Leopoliensem realiter Levata ... mratis
Villa Wolezyszczowice, supstitum Generosi Pocillatoris Leopoliensis haere-
ditarijs transportatam; nunc vero in Bona sua haereditaria
nempe in totam et integram Villam Wola Rozwiennicha in districtu
Russiae, Terra vero Premysliensi et Destr. Praevorscensi consistenti
importatam, in et super tota et integra Villa supradicta Wola
Rozwienicha, Cum omni eorundem bonorum Iure, dominio, pro-
prietate, competentiaque et praerogativa quavis, cumque omnibus et
singulis bonorum praefatorum Vtilitatibus, fructibus, quentibus,
reditibus, emolumentis, commodis et obventionibus quibuscumque,
tum agris, fundis, pratis, campis, pascuis, Sylvis borisque,
nemoribus, indaginibus, rubetis, Vepretibus, mericis, Villagijs,
hortis, pomarijs, apiserijs, apum mellificijs, Structuris, aedi-
ficijsque quibuscumque, tabernis, molendinis, horreis, ...
braxarijs, Stagnis magnis et parvis, piscinis, piscinulis,
lacubus, paludibus, fluvijs, fluminibus, torrentibus, aquis, a-
quarumque decursibus, riuis, riuulis, necnon Subditis, mercho-
nibus, Hortulanis, Inquilinis, eorumque laboribus, censibus,
Dationibus, Vecturis, munijs, officijs et obsequijs quibuscumque
attinentijsque et pertinentijs generaliter Vniuersis, nihil ex praemissis
Iuris, dominij, proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae
se Agente, suisque Successoribus, aut alio quopiam reservando seu
excipiendo, Sed omnibus in genere et singulis in specie compre-
hendendo generi per speciem et econtra in nullo derogando, Verum
ita late, longe, lateque circumferentialiterque, prout praefatorum bonorum
haereditas sua in suis metis et limitibus ab antiquo extendit

expenditur, et qui eadem bona ipsemet Regnus tenuit habuit, et
possidebat, ipsumq concernebant, ac eidem Regnae Servie-
bant; Iam exnunc et de facto Admodum Reverendo in Christo
Patri Vincentio Viazdowski Praeposito Pruchnicensi, eiusq
Succedaneis pro tempore existentibus, et hoc pro Altari Confraternita-
tis Sanctae Annae Matris Beatissimae Virginis Mariae
ad Ecclesiam Pruchnicensem existens demonstravit, Vendidit
inscripsit et resignavit, qui demonstrat Vendit, inscribit
et resignat perpetuis temporibus, in Vim tamen Reemptio-
nis alias na Wyderkaff. Inscribendo et obligando se, suosque
Successores, ac bonorum praefatorum totius et integrae Villae praefatae Wola
Rozwienicka haeredes et possessores pro tempore existentes, Sum-
mam eandem Census annui Centum Sexaginta florenorum polon.
ab eadem Summa Capitali Duorum Millium florenorum polon. quem-
entem, quotannis pro die et festo Conversionis Sancti Pauli
Apostoli, incipiendo solutionem eiusdem Census annui a
proxime et immediate Venturo eodem festo Conversionis Sancti
Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo
tertio incidenti mediante Quietatione manuali eiusdem Admodum
Reverendi in Christo Patris Vincenty Viazdowski Praepositi Pru-
chnicensis et eius Succedaneorum atque Procuratoris Capellae
praefatae Confraternitatis Sanctae Annae Matris Gloriosissi-
mae Virginis Mariae in eadem Ecclesia Pruchnicensi consistentis
ad manus ipsorum dare, solvere et realiter ac in effectu nu-
merare, et per suum nuntium proprium, ad Curiam Plebanalem
Pruchnicensem transmittere, Annis et festis sese continue et
immediate sequentibus, usque ad persolutionem Summae principalis
eiusque sub Vadio similis Summae Censualis Centum Sexaginta
florenorum polon. per eandem Regnam, sive eius Successores, bono-
rumque praedictorum haeredes et possessores pro tempore existentes

1144 praefato Admodum Rndo in Christo Patri Vincentio Viazdowski Prae-
posito Pruchnicen. et eius Succedaneis pro tempore existentibus, ob non
solutionem nec transmissionem census eiusque annualis pro tempore
et loco superius expressis, toties quoties opus fuerit ad Soluendum
Succumbendo. In quae quidem bona supra praescripta per se Regnantem
Vendita, is idem Rgnus Gnosus Joannes in Rzeplin Woia-
kowski Vexillifer Nouogrodensis, supradicto Admodum Rndo in Christo
Patri Vincentio Viazdowski Praeposito Pruchnicen. et eius
Succedaneis pro tempore existentibus, iam ex nunc et de facto coram
officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et
actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemuis Regni
generalem, et Nobiles alios cum quacunque voluerit assumendos accipiendam
per ipsum Admodum Rndum in Christo Patrem Praepositum Pru-
chnicen. et eius Succedaneos pro tempore existentes, bona praefata Sum-
ma Capitali et Censu praedicto onerata, cum omnibus eorundem Uti-
litatibus et emolumentis quibusuis tenendi, habendi, et possi-
dendi, [illegible] quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos, Suorumque
Succedaneorum quosuis beneplacitos Vsusfructus libere et effe-
ctualiter conuertendi. Vsque ad realem Summae praedictae Capitalis
persolutionem. Debetque et tenebitur [illegible] Rgnus Gnosus
Joannes in Rzeplin Woiakowski Vexillifer Nouogrodensis
pro se, ac suos Successores, bonorumque praefatorum haeredes et pos-
sessores pro tempore existentes, in et super ipsis bonis et aliis suis
generaliter omnibus, Summisque pecuniarum quibusuis habitis et habendis
praedicto Admodum Reuerendo in Christo Patri Vincentio
Viazdowski Praeposito Pruchnicen. et eius Succedaneis pro
tempore existentibus, inscribit et obligat praesentibus, ipsos in eisdem
bonis Summa praefata Capitali et Censu annuo oneratis, et ratione
eorumque bonorum ab omni et quauis impetitione iuridica
quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis Status et Sexus
venientium contra [illegible] ex occasione supradictorum modo quouis [illegible]

excorrunda, in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, tuueri, intervenire, et eliberare, indemnesq reddere, nec non hoc eadem bona modo praemisso onerata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eisdem bonis Summa praefata Capitali et Census praedicto oneratis, cuiuis personarum, modo quocunque factis et faciend, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona, modo praemisso onerata importatis et importand, Luens denique et perluens, quaestibusq Iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu Iuris dependend, et in quouis Iudicio et Officio Regni obtend et obtinend, ac super praemissis omnibus modo praemisso oneratis perductis et perducend emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum modo praemisso oneratorum dum per Admodum et Venerabiles eosdem officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, dataq et admissa eandem possessionem et Vsumfructum praemissorum omnium et singulorum quouis modo tam per se, quam per suas quasuis Submissas et Subordinatas personas non impedire, nec adimere, ipsumq Admodum Rndum Praepositum et ipsius Successores pro tempore existentes, in dictis bonis, modo praemisso oneratis, tam in toto, quam in quauis minima parte non inturbari, ita vt hoc eadem bona praemissaq omnia cum vniuersis eorundem Vtilitatibus et Vsufructibus, is idem Admodum Rndus Praepositus Preceani eandem cum suis Successoribus pro tempore existentibus, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Reemptionalis vigore, tenere, habere et possidere queat, illisq vtifrui possit, vsq ad realem et plenariam Summae praefatae Capitalis persolutionem: in quo si ab aliis simili

1146 seorsim et speciali Vadio aliorum centum sexaginta florenorum polonicorum, per eundem Agentem, sive eius Successores, bonorumque Praefatorum haeredes et possessores pro tempore existentes, Praefato Admodum Rndo in Christo Patri Vincentio Viazdowski Praeposito Pruchnicensi, sive eius Succedaneis pro tempore existentibus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo, quibus quidem Vadio vel Vadys modo praemisso ad solvendum succumbentis, atque aliquoquomodo praemissorum non completa complendum, fiatque exinde vicissim praefatus Agens Dnus Joannes in Rzeplin Woiakowski Vexillifer Novogrodensis, sive eius Successores bonorumque praedictorum haeredes et possessores pro tempore existentes, ad instantiam praefati Admodum Reverendi in Christo Patris Vincenty Viazdowski Praepositi Pruchnicensis, sive eius Succedaneorum pro tempore existentium ad Judicium Consistoriale, sive etiam Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliensia, ad quod prius ex ipsis citabitur, extunc recessu subito, quo ad rendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Juri parere, respondere, Vadium vel Vadia praemissa luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores, bonorumque praedictorum haeredes et possessores pro tempore existentes ad eaque omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde consequendos faciendo eiusque Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, praemaiori, minorennitate Studiorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel aliys quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad

Quietationem praeterea ultra praemiss. Iudicii Consistorialis sive etiam Officii Castri Castrensis Capitalis Praemysliensium Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, factis Iuris, praecone Terrae, bello, Conventioneque ac alys omnibus Iuris remedys seu defensio non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

R. Viazdowski Praepositus Pruchnicen. Stawskie Quietat.

~~Generoso~~ Generoso Dominico 1094

a Zumow Zumowski Capitaneo Lipinen. in locum infratti Generosi Ioannis a Staw Stawski Pocilatoris Leopoliensis Vice Capitaneo loci praesen. Subdelegato, munusque hoc Subdelegationis in se, successores, ac bona sua generaliter omnia quoad Viniaciis praesen. attinet, libere ac benevole eassumente, Officioque et Actis praesen. Castren. Capitanealibus Premysliensibus, comparens personaliter Admodum Reverendus in Christo Pater Vincentius Viazdowski Praepositus Pruchnicen. Sanus mente et corpore existens, a Terris, Officys, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis propris et competentibus recedendo, praesenti vero Castren. Capitaneale Premysliensis Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter aeternaque incorporando atque subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quod ipse suo, et totius